

De sacramentis XXIII

118

ubi erit defecit humanus intellectus. non solum humanus: sed etiam angelicus. apostolo attestante quod ait. i. **1. Cor.** Quod nec oculus vidit. nec auris audivit. nec in corde hominis ascendit quod preparavit deus his qui diligunt illum. **Un** etiam per. **Qu**in mille anni ante oculos tuos sicut dies besterna quod preterit. **Ad** quam vitam nos producat Iesus Christus marie filius qui sine fine vivit et regnat Amen.

Incipit tractatus de septem sacramentis

Sacramenta sunt septem quod deo instituit. et in quolibet sacramento datur gratia digna recipienti ipsi sacramenti. **Q**ueritur quod sunt sacramenta necessaria

Respondeo secundum Raymundum quod quatuor. **B**aptismus. confirmatio. eucharistia. penitentia. et extrema unctio. et dicuntur necessaria quod sunt in precepto. et tenentur quilibet ad ea suscipienda per locum et tempus. Reliqua duo sunt sacramenta voluntaria. scilicet ordo et matrimonium. **Q**ueritur vtrum sacramenta debeant peccatoribus dari. **R**espondeo secundum Raymundum propter occulta peccata non possunt sacramenta denegari alicui nisi per a monitionem secretam in speciali vel publica factam in generali. ut per de consuetudine. di. ii. non prohibeat. **E**xistens autem in peccato mortali siue occulto. siue manifesto mortaliter peccat recipiendo. ut patet de re. et. multi. et. xxv. illud. xi. q. iii. auctori. **S**icut ministrans sacramenta in peccato mortali peccat mortaliter. **Q**ueritur vtrum possint iterari sacramenta. **R**espondeo tria sacramenta non possunt iterari. scilicet baptismus et confirmatio et ordo. quod in collatione cuiuslibet trium predictorum impeditur character alicui etiam per mortem non potest ab alio separari. **U**n si quis resuscitaret: non esset baptizandus nec confirmandus. nec recedendum duo. **S**ecus de quatuor aliis sacramentis. **U**n **A**ugustinus de seculo vic. dicit. **S**ilazarus post resurrectionem voluisset resuscitari uxorem suam: oportuisset quod de nouo contractuisset. **U**n per mortem soluit matrimonium. **S**imiliter eucharistia et penitentia et extrema unctio reiterantur

Queritur de primo sacramento scilicet baptismo. **A**ptissimus est primus sacramentus et ianua omnium sacramentorum. et etiam est

fundamentum omnium sacramentorum. quia nulli conferuntur nisi in ecclesia aliquod sacramentorum. **Q**ueritur quod sit effectus carnis mei. **R**espondeo secundum Iohannem in. iiii. di. vi. quod effectus carnis mei habere effectum in corpore in anima quod minuit peccatum demeritis ne possit in in homine sicut prius: ne baptismum et alia bona impediat. **S**ed predicta potestas demeritis totaliter in baptismo tollit. **S**ic pharaon prius flagellatus est populo non egresso in egiptum. **E**t postea populo egresso totaliter in mari rubro. quod est figura baptismi. est submersus. **Q**ueritur vtrum omnes teneant ad baptismum. **R**espondeo secundum Iohannem in. iiii. di. vi. **Q**uilibet tenet etiam sanctificatus in vtero propter tres rationes. **P**rimo quod dicitur propter actum et reddendum characterem quo adunet populo dei. et quasi deputet ad percipiendum divina sacramenta. **S**ecundo: vtrum per baptismum susceptio passioni christi corporaliter conformetur. **T**ercio propter bonum obediendum. quod preceptum de baptismo omnibus datum est. **I**ohannes. iiii. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua. et. **Q**ueritur vtrum per baptismum aqua possit in alio liquo suppleri. **R**espondeo secundum petrum de tharentasia secundum consuetudinem legem non potest in pualis suppleri cum non possint habere usum liberi arbitrii. **S**ed si per christum occideretur: propter creditum quod saluarentur sine baptismum aqua. **I**n adultis autem potest suppleri per baptismum fluminis siue contritionis: baptismum sanguinis. id est martyrii. **E**t hoc intellige quando est articulus necessitatis. **Q**ueritur vtrum puer in vtero existens possit baptizari. **R**espondeo secundum Iohannem ubi supra. non potest. quia talis deo notus est: non ecclesie. nec subiecti potest operationi ministrorum ecclesie. **U**nde augustinus dicit. quod sicut quod non vivit non potest mori: ita quod natus non fuerit non potest renasci. **N**on debet autem mater scire: ut puer possit nasci et baptizari. **Q**uia secundum ipsum non sunt facienda mala ut eveniant bona. debet in scindi si iam defuncta esset. et puer adhuc in ea viveret.

Queritur quid faciendum esset quando apparet aliquod membrum pueri. et timeatur imminere mortis periculum. **R**espondeo quod in tali periculo egressa parte principali. scilicet capite baptizari debet. sed secus est de alijs partibus. ut de ma